

pro tunc. Vera igitur est sententia xpi. Multi vocati pauci electi. Cauti igitur sumus in hac vita quae temptationibus et periculis plena est. ut sic hic in vinea dei labor remus quod denarium cum electis accipere valeamus christo presentante. qui est benedictus in secula Amen.

Dñica sexagesime

Exijt qui seminat seminare semine suum. Lu. viij. et Mat. iij. Legit in gen. i. quo modo deus die tertio aquas quae sub celo sunt quae prius rotas terram operuerant in unum congregauerat. et apparuit arida quam terram nominauerat. Ex qua terra herba virentes et lignum pomiferum fecit. primo omnia vegetabilia ex ea haberent principia. quia semine propagationis fit in unoquoque genere suo. ut unum per alio emanaret sine noua alicuius creatione. quae cessauerat post sextum diem ab opere creationis. hoc vis est indita cuiuslibet rei naturali ex virtute actiua et passiua. quae quaeque si mul sunt coniuncta. ut in herbis et arboribus. quandoque distincta sicut in bestijs et hominibus. quorum virtus actiua est in masculis. passiua in femellis. quae si generare debeant oportet quod conueniat masculi deo semine unum in alio. et per naturae operationem a deo eis idem. Quia dicit Aristoteles in philosophia. Homo ge-

nerat homines et sol. id est in fluctibus caelestis. nam natura non est aliud quam ratio diuina sapientiae expressa quae simile in specie aliud simile generat. et hoc de seie naturali secundum deum semine supernaturali quo anima fecundat diuina gratia ibi non ex natura fit productio. sed de semine caelesti. De quo prius loquitur euangelium. Et nisi illud semine fuerit ab anima susceptum nullus fructus speratur sicut in naturalibus nisi agro culto pluuia de celo venerit nullus fructus utilis producit. sed spiritus ne et tribuli vitio. luxurie. auaricie. superbiae. gulae. iracundiae. etc. Oportet igitur hoc semen a deo seminari et terram in corde humanum esse bene cultam et reuerenter suscipi et diligenter custodiri ne volucres caeli et demones illud deuorant. Est enim hic mensura dei in qua ferula super vitium dei propinatur. quod non minus reuerentem suscipiendum est quam laetamentum corporis christi secundum Augustinum. primo eadem pena puniendus est qui verbum dei negligenter audit seu contempnit. quod faciamentum corporis christi in terram cadere permittit secundum eundem Augustinum. Et transumptive in Canone. prima questio. j. Ego interrogo. etc. In hoc euangelio tria nobis occurrunt consideranda in quibus totus effectus euangelij concluditur. Primum largissimum seminator